



Legia Catholica

Robertii, Johannes

Leodii, 1633

34. Gerbaldus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](#)

diensis reditus annuos augeret.
Iussu S. Stephani Romani Pō-
tificis, operam suam impendit
in cognoscendis actis S. Swi-
berti : ut in Sanctorum nume-
rum referri posset, quod voce
Ecclesiastica vocamus Canonizi-
zari.

XXXIII. AGILFRIDVS.

PRIORUM EPISCOPORUM VESTI-
GIJS INSISTENS, CATHOLICAM FI-
DEM, & RETINUIT, & DILIGENTER
DOCUIT. CAROLO MAGNO IMPER-
ATORI CARISSIMUS.

XXXIV. GERBALDVS.

DE HUIUS CATHOLICA FIDE, &
PIETATE, TESTENTUR ANSELMI,
CANONICI LEODIENSIS VERBICULI :

*Catholico more Gerbaldus
functus honore,
Ecclesia multa bona contu-
lit, intus, & extra.*

Testatur & hoc , quòd cum
Romano Pontif. Leone, Caro-
lo Imperatore , alijsque mul-
tis interfuit solemni Canoniza-
tioni S. Swiberti. Et illud, quòd
ab eodem Pontifice obtinuit. ut
Ecclesias honori Dei, & B. Ma-
riæ Virg. dicatas, Tungris, Vi-
setique consecraret.

XXXV. WALCANDVS.

IN Eremo Arduennate , loco,
qui Andainum dicebatur, Cle-
ricos in Monachos commuta-
uit : deditque , vnde commodè
alerentur, & Magno Deo sedu-
li deseruirent. Èò se contule-
runt , tum alij , tum aliquot è
Canonicis Cathedralis Ecclesiæ
S. Lamberti. Iisdem Monachis
Walcanus Corpus S. Huberti
primi Leodiensis Episcopi, cō-
cessit, annuente Pontifice, Lu-
douico